

Chronographicum:

Is tres LeChnIaCI heroes In paCe trIVM-
phent,
ATROX CeLta fVgIt, sVeCVs & nassVs
abIt.

Epigramma ad eosdem.

O Edipe dic, quare cerebro Iouis edita Pallas
Horrissonis armis ingenijsq; praest?
Quam male conueniunt fera classica Martis, & alnis
Musarum studijs semper amica quies?
Auguror, hoc ideo confinxit vana vetustas,
Quod solet aeternum nomen vtrumque dare.
Armis tolle libros, veterum monumenta peribunt,
Nota nec ipsius Caesaris arma forent.
Vestra licet Proceres celebretur fama per orbem,
Esto: desperiet, sit nisi fulta libris.
Seri cognoscent heroica facta nepotes,
Si modo sint nostris enumerata metris.
Ergo fauete Duces, nostrisq; probate labores,
Nec pudeat paruis vos cecimisse modis.
Hinc rogo posteritas ex pollice nosse Cyclopem,
Noscaturo solo quantus ab vngue leo.